

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Friderici Iacobi Beyschlagii, Gymnasii, quod Halæ Suevorum est, Adiuncti, & ad ædem S. Mich. Archangeli Catechetæ extraordinarii, Sylloge Variorum Opusculorum

(Programmatvm, Orationvm, Epistolarvm, Poematvm, Dissertationvm, Aliarvmqve Observationvm ...)

Fascicvlos I.II.III.IV.V. Ab Annis MDCC.XXVII.M.DCC.XXVIII.M.DCC.XXIX. Editos, Complexvs. Cvm Indice Triplici.

Beyschlag, Friedrich Jakob

Halae Suevorum, M.DCC.XXIX

IV. De Articvlis Svobacensibvs Avgvstanae Confessionis Fvndamento
Dissertatio prior Wittenbergae d. XI. Ian. A. 1719. habita, Praeside M. Io.
Iacobo Layritio, Vonsideliensi, Respondente Io. Gottfrido ...

urn:nbn:de:gbv:45:1-16134

IV.

DE

ARTICVLIS SVOBACENSIBVS
AVGVSTANÆ CONFESSIONIS
FVNDAMENTO

Dissertatio posterior

Wittenbergæ d. XI. Ian. A. 1719. habita;

PRÆSIDE

M. IO. IACOBO LAYRITIO,
VONSIDELIENSI,

Respondente

IO. GOTTFRIDO SCHEUFFLERO,
LOMMATSCHIO MISNICO.

* * *

PRÆFATIO EDITORIS.

Quemadmodum Dissertatio prior egregie
inservit iis illustrandis, quæ in Fasci-
culo IV. ad Conventus Suobacensis prio-
ris, d. 14. Iunii, A. 1528. instituti, memo-
riam bissecularem recolendam, strictim annota-
vimus, uti p. 977. dictum est: ita hac Dissertatio

ratio posterior commodum subiungitur, ad instaurandam hoc ipso A. 1729. memoriam posterioris Conventus Suobacensis, ducentos ante annos d. 14. Oct. 1529. habiti; quum XVII. Articuli Suobacenses in eo propositi, (vid. §. I.) ante exhibitam Augustanam Confessionem, Protestantibus symbolum, fundamentum ac tesseram mutue consensionis præbuerint, uti Cl. Layritius §. IV. scribit. Et huius quidem posterioris Synodi Suobacensis mentionem quoque factam esse video in Indice Conventuum & Colloquiorum de Causa Religionis & Pace Ecclesiastica componenda, ab A. 1523. ad A. 1586. habitorum, quem ex Petri Ebertz Synopsi Analytica Syngrammatis Anticingliani p. 174. (len. 1603. 4.) nuper admodum exhibuit, & auctum notulisque a se illustratum recudi fecit Cel. Hamburgensium Polyhistor, Vener. Dn. D. Io. Alb. Fabricius, in Parte altera Centifolii Lutherani, sive Notitiæ Litterariæ scriptorum omnis generis de B. D. Luthero; hic namque p. 610. hæc leguntur paucula: Convent zu Schvvabach im October 1529. Ad quæ verba illustranda Fabricius lectorem ad p. 106. P. I. huius præstantissimi libri, opportune remisit, ubi cum Sect. LV. p. 106. sq. coll. P. II. p. 584. de Lutheri XVII. Articulis,

Torgæ compositis, nonnulla docte annotasset, adduxit etiam D. Io. Guil. Iani & Io. Iac. Layritii Dissert. duas de Articulis Suob. Aug. Confessionis fundamento, Witeb. 1719. 4. has ipsas scilicet, quas recusas hic sistimus; & „eruditam hanc *ἐπιτίμησιν* subiecit: „Merito, „inquit, Laudatus Ianus cum Layritio confutat sententiam Rentschii, qui XVII. Articulos in Conventu Suobaci, opido Noribergæ vicino, A. 1528. putat compositos ab Andrea Osiandro & Ioanne Rurero, atque Augustanæ Confessionis materiam præbuisse: „cum articuli illi An. 1529. Suobaci, 14. Oct. „demum prolati, iidem sint cum Torgensibus, „quos Lutherus conscripsit. De Suobacensi Conventu Io. Ioachim Müllerus in historia Protestationis, p. 280. seq. „Hactenus Cel. Fabricii verba, quæ iam supra p. 1017. laudavi.

* * *

I.

SED nunc demum, quæ ratio fuerit posterioris synodi Suobacensis pariter ac XVII articulorum in ea propositorum, & annon hi saltem fundamentum Augustanæ confessionis dici possint, considerandum restat. Causa & occasio illius
ex

ex historia intercessionis, seu *protestationis*, contra edictum Spirense, mense Martio a. MDXXIX factum, a) a quo ordines Imperii Evangelici ad hunc usque diem *Protestantes* vocantur, b) repetenda est. Post hanc enim intercessionem, die 19. April. in comitiis Spirensibus, nomine Ioannis, Electoris Saxoniae, Georgii, Marchionis Brandenburgici, Ernesti, & Francisci, Ducum Luneburgicorum, Philippi, Landgravii Hassiae, & Wolffgangi, Principis Anhaltini, palam de scripto recitatam, c) & per eorundem legatos, Imperatori Ca-

Tcc 3 rolo

a) Decretum hoc Spirense extat apud Goldast. Const. Imper. T. III. p. 494. & in Reichs-Abschieden p. 192. sq. Formula autem intercessionis contra illud, ap. Hortled. de Caus. Bell. Germ. L. I. C. IV. in Opp. Lutheri, T. II. Isleb. fol. 14. sq. & T. IV. Alt. p. 799. sq. utriusque argumentum recensent Sleid. L. VI. p. 174. & Cœlest. Hist. Com. T. I. f. 191. sqq. acta ex instituto collegit Io. Ioa. Müllerus in der Historie von der Ev. Stände Protest. inprimis L. I. c. V, p. 51. seq.

b) Vid. Sleid. l. c. p. 173.

c) Cœlest. l. c. f. 194. a. & Mullerus l. c. L. I. c. V. p. 52.

rolo V oblatam, verendum omnino erat, ne hic, a Pontificiis incitatus, durius in illos consuleret, maxime, cum legatos, quos dixi, custodia inclusos, iniquius tractasset. *d)* Itaque arctiori foedere opus esse videbatur, quo inter se coniuncti, securitati suæ prospicerent. Huius autem societatem qui expetebant, post multas consultationes, mense Iunio Rotaci, m. Iulio, Salfeldiæ, & m. Augusto Servestæ institutas, mense Octobri tandem eiusdem anni M D XXIX. ad conventum Suobacensem, hac ipsa de causa habendum, invitabantur.

II.

Interea Ioannes Elector Saxoniae, a Luthero submonitus, *e)* in societatem foederis,

d) Qua ratione legati illi Principum Protestantium ab Imperatore d. 12. Sept. Placentiæ auditi, postea custodia inclusi, tandemque dimissi fuerint, ipsi literis mandarunt singulari scripto, quod extat ap. Hortl. l. d. c. VII. p. 47. seq.

e) Consilium Lutheri & collegarum eius, Theologorum Vitembergensium, quo foedus aut plane nullum, aut saltem nonnisi cum illis, qui in doctrina & religione consen-

ris, quod religionis tuendæ causa iniretur, neminem recipiendum putabat, nisi de doctrina secum consentientem. f) Eadem mens erat Georgii Marchionis Brandenburgici, in colloquio Slaizenfi eodem anno Electori declarata. g) Itaque de communi sententia, uterque, legatis suis, ad conventum Suobacensem missis, demandavit, ut consensum illum, velut præcipuam foederis conditionem, proponerent & urgerent. h)

Ttc 4

III.

sentirent, ineundum suadent, integrum exhibet Mullerus in der Hist. von der Ev. Ständte Protest. L. II. c. XVI. p. 230.

f) Quomodo hanc sententiam Elector Saxonix contra Philippum Landgrafium Hassiæ, ad recipiendos in societatem Zvvinglianos propensio-rem, defenderit, ex commutatis inter utrumque literis demonstrat Mullerus l. c. L. II. c. XIIX.

g) Conf. Seckend. L. II. p. 136. (o)

h) Integram instructionis, five mandatorum formulam ex tabulario Vinariensi exhibet Mullerus l. c. L. II. c. XIX. p. 280. sqq. ex qua hæc maxime verba ad institutum nostrum spectant, p. 283: *Wann gedachte unser Rätthe gen Schvvabach kommen, sollen sie*

III.

Eius autem doctrinæ, de qua consensus foederatorum requirebatur, summam XVII. capitibus distinctam, & una cum ipsis mandatis scripto comprehensam, Ioannes Elector Sax. & Georgius Marchio legatis suis, ad conventum Suobacensem missis, tradiderunt, i) quam legati, ex herorum man-

sie für allen Dingen davon zu reden fürnehmen, daß wir den Grund dieser Verständniß, das ist, unsern heiligen Glauben, auch was wir von den heiligen Sacramenten, der Tauff, und des Leibs und Bluts Christi halten, gegen einander bekennen, --- auch von unserntwegen sagen, welche solches unsers Glaubens und Haltens der heiligen Sacrament und andern Christlichen Ordnungen mit uns nicht einhellig sind und bleiben, sondern itzt oder künfftiglich ein ander halten oder fürnehmen würden, daß wir uns mit dem oder denselben in kein hülflich Verständniß einlassen oder begeben können noch wollen.

- i) Ipsa instructionis, modo dictæ, verba sunt:
Und sollen alsbald die Artickel unser Bekant-

mandato, ante omnia ad conventum il-
lum

Ttc 5

känntniß, vwie ihnen dieselbigen neben die-
ser Instruction zugestellt sind, anzeigen.
ap. Mullerum l. c. p. 283. qui de iisdem ar-
ticulis p. 302. addit: Diese compositio arti-
culorum fidei erfolgte auch vor den vvirckli-
chen Anfang des Schvvabachischen Convents,
und vverden derselben in actis XVII. benen-
net, vviervohl kein Exemplar zur Zeit fin-
den können, gestalt auch der Herr von Se-
ckendorff in der Histor. Luther. L. II. §.
XLIIX. Add. lit. a. darüber Klage führet,
ja man kan aus denen Actis nicht einmahl
gevviß asseriren, daß sie zu Schvvabach
aufgesetzt vworden. Quod de numero ho-
rum articulorum ex actis memorat Mulle-
rus, idem etiam epistola civitatis Hailbrun-
nenfis de eadem causa, die Mercurii vigiliæ
Trium Regum a. 1530. ad Electorem &
Marchionem scripta, confirmat. Als unser
Gesannter von dem jüngst gehalten Tag zu
Schmalkalden bey uns ankommen, hat er
von E. Chur-Fürstl. und F. Gnaden sieben-
zehen Artickell, unsern Christenlichen Glau-
ben belangend, uns überanntvartt. L. II.
c. XXIII. p. 337. sq.

lum retulerunt. *k)* Sed cum legati civitatum, Argentoratensis præsertim, & Vlmensis, de consensione doctrinæ, nihil se in mandatis habere, causarentur, *l)* res illa, a conventu Suobacensi, ad Smalcaldiensem, die 29. Nov. eiusdem anni habitum, *m)* & a Smalcaldienfi denuo ad Norimbergensem, ad diem 6. Ian. a. M D XXX indictum, reiecta est, ea quidem lege & conditione, ut qui XVII articulos Suobacenses probarent, dicto die Norimbergam venirent, & in foederis societatem reciperentur, reliqui vero excluderentur. *n)* Quæ causa fuit, quamobrem pau-

k) Vid. Sleid. L. VI. p. 176.

l) Sleid. l. c. Mullerus L. II. c. XIX. §. 3. p. 303.

m) Smalcaldienfis ille conventus Suobaci quidem ad idus Dec. a. 1529. indicebatur, sed quia post intellectum legationis ad Cæsarem eventum, maturato opus esse videbatur, d. 29. Nov. anticipatus est, licet irritum iterum eventum, cum Principes de foedere agere nolent, priusquam de capitibus religionis conventum esset, contra pleræque civitates foedus ante ineundum putarent. Leg. Seckendorf. L. II. §. XLIX. p. 140.

n) Verba decreti Smalcaldienfis (des Abschieds

paucæ civitates, ad diem illum, Norimbergæ præfinitum, legatos mitterent, & a præsentibus nihil concludi posset, quam
ut

zu Smalkalden) integra Mullerus ex tabulario Vinariensi Hist. Protest. L. II. c. XXIII. p. 331. sq. profert: *Aber dievveil in den Artickeln unsers heiligenn Glaubens, jüngst uf den Tag zu Schvvabach fürbracht, etvvas Mißhellung entstannenden, und aber vorge- nannt Chur- Fürst und Fürsten zu Sachsen, etc. Marggraf Georg zu Brandenburg etc. und die Herzogen zu Braunschvveig und Lüneburg, aus viel dapfern Ursachen und Bevvegungen, Gemüt oder Maynung nit ist, sich diesesfalls mit jemand's inn solche oder dergleichen Handlung einzulassen, der, oder die mit Iren Chur- Fürstl. und Fürstliche Gna- den angeregter gestelter Artickel nit gleich- hellig, und also ains ainnhelligen Glaubens und Sacraments seien; So haben Ire Chur- Fürstl. und Fürstl. Gnad dißmals der Stete Botschafften, sonderlich den Ihenen, die hie- vor von den gestellten Artickeln unsers hei- ligen Glaubens kein Wissen gehabt, und dar- umb zu diesen Tag darauf nit habenn abge- fertigt vverden mögen, diesen Abschied ge- ben,*

ut adventus Caesaris ex Italia expectaretur,
inter-

ben, daß sie solche Artickel hinnder sich an
Ire Magistraten bringen, und hiemit ain
ander Tag ernannt sein soll, nemlich uf der
heiligen drey König Tag schirstkünfftig zu
Nürnberg einzukommen, und also: Welche
Stete der verzeihennten Artickel unsers
heiligen Glaubens mit mergedachten Chur-
Fürst und Fürsten mit Gottes Hilf einhellig
sein, und dabey besteen vollen, daß diesel-
bigen Ire Vollmechtige Botschafften zu Irer
Chur-Fürstl. und Fürstl. Gnad. Botschafften
bestimmts Tags gen Nürnberg fertigen, und
dasselbig also durch Ire Vollmechtige Gesandte
ansagen lassen sollen, alsdann des Orts von
dem, vwie zu Kayserl. Mayst. geschickt, oder
sunst zu Milterung oder Ablainung Irer Kay-
serl. Mayst. ungnedigen Abschiedts und Ge-
müts, davon miteinander zu rathschlagen,
und so viel möglich zu beschliessen, vwie itzt
hie geschehen sein solt. Welche Stet aber die
angezaigten Artickel unsers heiligenn Glau-
bens mit vorgemelten Chur-Fürst und Für-
sten die vorberurten Artickel zu bekennen,
und dabey vermittelst Göttlicher Hilff zu be-
steen

interea legati ad Ferdinandum regem mitterentur, quid consilii pro defensione capiendum esset, si vis fieret, singuli domi expenderent, & per literas Electori intra mensis spatium aperirent. o)

IV.

Cum igitur ex haecenus disputatis perspicuum sit, XVII. articulos Suobacenses, ante exhibitam Augustanam confessionem, Protestantibus symbolum, fundamentum ac tesseram mutuae consensionis praebuisse, operae pretium videtur, quales illi fuerint, & quem autorem habeant, investigare. Qui articulos a Torgensibus p) diversos fuisse

steen nit geneigt, die bedorffenn zu angesatzten Tag gen Nürnberg nit schicken. etc. etc.

Conf. Sleid. l. c. p. 180. (*Legitur quoque hoc decretum, Smalc. die Sabb. post Andr. 1529. signatum, in Hist. Ref. Reutl. p. 170. (qq. B.)*)

o) Seckendorf. l. c. Recessum sive decretum conventus huius Norimbergensis, una cum mandatis legatorum eo missorum, exhibet Mullerus, l. c. c. XXII. p. 348 Formula vero mandatorum legatis ad Ferdinandum committendorum, extat ap eund. c. XXIV. p. 352. sq.

p) Articulos Torgenses appellare nobis liceat XVII. eos supra §. V. not. p. 22. (*Syll. p. 1002.*) designa-

fuisse affirmant, q) tanto difficilius, quales illi fuerint, definire possunt, quod in nullis libris vel tabulariis, ac ne inter acta quidem conventus Suobacensis vel Smalcaldiensis eos inveniant. r) Itaque nihil præter coniecturas ab iis proferri, videas. s)

Mihi

designatos, qui omnium consensu confessionis Augustanæ fundamentum extiterunt, non quasi illos Torgæ demum conscriptos esse, cum nonnullis putemus, sed quod in civitate illa, Ioanni Electori, a Luthero ceterisque Theologis Vitebergensibus oblatis fuerint.

q) Vt Dilherrus verbis in §. VIII. not. o. p. 32.

(v. Syll. p. 1023. sq. B.) citatis, & Seckend. L. II.

§. XLIX. Add. o. p. 140 ubi post memoratos articulos Suobacenses, alios enim, inquit, Lutherum a. 1530. conscripsisse §. LV. probavi.

r) Conqueruntur ea de re Seckendorf. l. c. Mullerus Hist. Protest. L. II. c. XIX. p. 301.

Causa vero, quam ob rem inter acta ista non appareant, illa esse videtur, quod Protestantes ipsi, ea clam haberi voluerint, quam CL. Dn. Frickius, in Lutheranism civitati germanicæ donato ex recessu (quem una cum articulis ex tabulario Ulmenfi accepit) Suobacensi allegat. Vid. L. II. §. LIX. p. 967. sq.

s) „Seckendorf l. c. „Si coniecturæ locus est, „dixerim, donec certiora eruantur, compositos

Mihi dubium amplius non est, quin articuli Suobacenses, si paucae voces & loquendi formulae, curis fortasse posterioribus

positos tunc fuisse XVII. illos articulos, quos Georg. Cœlest. T. I. Hist. Com. Aug. f. 94. Melanchtoni tribuit, & de quibus §. LXII. prolixè egi, Sed præterquam, quod vir optimus de hac historia immortaliter meritis, nullam hic coniecturæ suæ probabilem rationem afferat, XVII. illi articuli a Philippo Melanchtone, ut Spalatinus T. V. Alt. f. 27. & Cœlestinus l. c. ostendunt, demum mense Junio a. 1530. atque adeo post utrumque conventum Suobacensem diverso consilio scripti sunt, ut nimirum Imperatoris Caroli V. mandato satisfaceret, qui per consiliarium suum D. Alphonsum Valdesium a Philippo Melanchtone postularat, ut brevem aliquam summam, cum nostræ, tum adversæ partis doctrinam continentem, consignaret, quod hic ipse in præfatione articulis illis præmissa, testatur. Philippus igitur, ut mandato huic morem gereret, singulis articulis antithesin adiunxit, quod, ut Suobacensium articulorum instituto non conveniebat, ita nec usquam de iis relatum legimus. Maximum vero & luculentissimum adversus coniecturam viri illustris argumentum est, quod ea, quæ

bus immutatae, excipiantur, iidem prorsus sint ac Torgenses. Hoc ea ipsa ratione probo, qua paulo ante Seckendorffii coniecturam refutavi, quia nimirum ea, quae ineunte a. MDXXX. ex articulis Suobacensibus citata sunt, hodie quoque in Tor-

quae ex articulis Suobacensibus citantur, in Melanchtonianis non occurrunt. Nam in conventu Norimbergensi d. 6. Ian. a. 1530. habito, de quo §. III. conferri potest, Georgii Pii Marchionis Brandenburgici Cancellarius Georgius Voglerus legatos Norimbergensium, qui missam eo tempore nondum plane abrogarant, his verbis allocutus est: *Ihr Herren von Nürnberg, habt den Heßischen gefragt von seines Herrn Glauben, und ihr haltet die übergebne Artickel in dem letzten Punct, in vvelchem stehet, vwie die Messe der höchste Greuel sey, selbst nicht.* Vid. Seckend. L. II. §. XLIX. Add. (b) p. 141. & Frick. Historie des Lutherthums L. II. §. LXVI. p. 1008. atque in ultimo Philippi Melanchtonis articulo, licet de missa agatur, nequaquam tamen illa ut maxima abominatio relictur, sed modeste admodum legitimus eius usus, ab abusu & erroribus adversariorum distinguitur, & sub nomine S. Coenae apud nos celebrari dicitur.

Torgensibus inveniuntur. t) Sed rem plane extra controversiam ponere videtur ipsorum articulorum Suobacensium inspectio & cum Torgensibus comparatio. Nam illorum pariter ac recessus Suobacensis

Tom. I. Fasc. V. V v v sis

t) Quod enim Cancellarius Marchionis Brandenburgici ob missam nondum abrogatam Norimbergensibus exprobrat, eos ipsos non servare articulos Suobacenses, aliis a se commendatos, secundum quos missa, tanquam summa abominatio, sit abroganda, id cum verbis articuli decimi sexti Torgensis exacte convenit: Quod præ omnibus ceteris abominationibus missa, quæ hætenus sacrificium & bonum opus iudicata fuit, quo alteri gratia Dei & salus impetretur, abroganda sit. verba germanica ita se habent: Dafs vor allen Greueln die Messe --- abzuthun seye. Non equidem diffiteor, scrupulum mihi iniectum esse ex eo, quod Cancellarius Brandenburgicus ultimum articulum nominet, qui inter Torgenses est XVIus. Sed cum ex tempore loqueretur, ultimum articulum facile adicere potuit, cum, qui*) est unus ex ultimis, imo ultimus inter eos, in quibus certum aliquod & singulare dogma definitur. Nam articulus XVIIus non nisi generatim ceteras ceremonias ecclesiasticas, quascunque, verbo Dei adversas, abrogandas esse, pronunciat. *) Videtur hic mendum latere. B.

sis apographum nuper admodum in tabulario Vlmenfi cum hoc titulo repertum est: *Artickel von Churfürsten von Sachsen des Glaubens halb u)* tantum non ad verbum cum

u) Testem *αὐτόπτην* citamus Virum Venerandum Eliam Frickium sacerdotem Vlmensem, qui articulos Suobacenses Seckend. Histor. Lutheran. a se germanice versæ, & a. 1714. editæ p. 968. sqq. inseruit, & occasionem, qua illos ex tabulario Vlmenfi eruit, p. 967. his verbis exposuit: *Weil ein Ulmischer Gesandter mit auf diesem Convent vvar, als machte mir die Hoffnung, diese Artickel möchten im Ulmischen Archiv liegen, die dann nicht fehl schlug, gestalten aus ermeldtem Archiv, so vwohl den Abschied, als die Artickel großgünstig communicirt bekommen. Iener ist datirt, Dienstags nach Lucæ Evangelistæ, und dieses Inhalts --- Die Artickel selbst belangend, so haben selbige diese Rubric: Artickel von Churfürsten von Sachsen des Glaubens halb, vvelche Rubric sie von denen anderen Schwäbischen Artickeln, deren §. 52. gedacht vworden, unterscheidet. Es seyn aber die Artickel selbst eben diejenige, vvelche lahrs her-*

cum XVII. articulis Torgensibus, (*) qui in Tomis Lutheri extant, consentiens. x) Taceo, quod, si articuli Suobacenses a Torgensibus diversi fuisse dicantur, ratio reddi non potest, cur, aut quomodo publica

V v v z

blica

hernach unter dem Nahmen der Torgischen Artickel bekannt vworden, und T. V. Alt. p. 14. sqq. stehen, nur daß in vvenigen Orten eine kleine Veränderung vorgegangen.

(*) *Articulos hos XVII. latine exhibet etiam D.Phil.Müllerus in Concordia &c. M.DCC.V. 4. edita, lit. D. 2. b. sqq. illisque hanc inscriptionem præmisit: Confessio Christianæ Doctrinæ & Fidei, per D. Martinum Lutherum, XVII. Articulis concepta, & Augustam ad petatum missa. Anno M D XXX. In margine allegavit Luth. Tom. Ien. V. fol. 14. Witt. V. fol. 14. Alt. V. fol. 14. F. I. B.*

x) Paucis in locis articuli Torgenses a Suobacensibus discrepant, & ita quidem, ut qualiscunque hæc discrepantia ad verba potius, quam ad res sive sententias pertineat. Non ingratum fortasse lectori erit, diversas utrorumque lectiones, quæ alicuius saltem momenti esse videntur, inter se comparatas, uno hic conspectu intueri:

blica eiusmodi religionis professio, quæ in aliquot Ordinum Protestantium conventibus, ut foederis ineundi conditio, & tes-

Articuli Suobacenses.

Art. I. Im Nahmen des Vaters und Sohnes, und Heil. Geistes.

Art. II. defunt verba:

Und das Wort ist Fleisch worden.

Art. IV. Daß die Erb-Sünde eine vvahrhafftige Sünde sey.

Art. V. Das ist aber der einige Weg zur Gerechtigk.

Gott vvill für recht fromm und heilig annehmen und halten, alle Sünde vergeben etc.

Articuli Torgenses.

Im Nahmen des Vaters, und des Sohnes, und des Heil. Geistes.

Empfangen von dem Heil. Geist.

Und das Wort vvar Fleisch.

Daß die Erb-Sünde eine rechte vvahrh. S. sey.

Das einige Wergk zur G.

Gott vvill für gerecht fromm und heilig gerechnet und gehalten, alle Sünde und evviges Leben geschencket haben allen - -

Wie

ressera publice proposita, principibus & civitatibus cum omnibus illius societatem expetentibus, communicata, & ab omnibus, qui in hanc recepti sunt, approbata est, non tantum omni hominum memoria exciderit, sed & inter acta publica eius temporis, diligenter alioquin conservata, ita perierit, ut nusquam vel unicum eius exemplum reperiatur.

V.

Ex haftenus disputatis perfacilis erit, ad alteram quaestionem, de autore articulo-
rum Suobacensium, responsio. Sicut ni-

V v v 3

mi-

Artic. Suob.

*Wie das S. Paulus und
Johannes in seinem
Evangelio etc.*

*VI. Dievveil nicht ein
bloßer Wahn.*

*VII. Nuz und Frommen
verkundigen lesst.*

VIII. desunt verba:

*IX. Sey nicht allein
schlecht Wasser und
begiesen.*

Artic. Torg.

*S. Paul und Johannes in
ihren Schrifften.
etc.*

Ein loser Wahn.

Nuz und Frucht etc.

*Die man Sacrament
nennt.*

oder begiesen.

mirum, articulos Torgenses a Luthero conscriptos esse, si solum fortasse Durium & Rentschium cum paucis, qui ab hoc in eundem errorem inducti sunt, 2) excipias, nemo dubitat; ita de Suobacensibus, quos ab illis non diversos esse, probabimus, idem omnino iudicandum est. Comprobat id præterea tota rei gestæ ratio & series. Etenim Lutherus præcipuus illius consilii autor fuerat, ut foedus religionis causa inituri, ante omnia de doctrina consentirent: a) Ioannes Elector Saxonæ, qui in tali causa, nihil inconsulto Lu-

2) Illos recensitos vide §. V. p. 19. (*v. Syllog. var. opusc. p. 1002. sqq. F. I. B.*)

a) Lutherum Articulorum Torgensium autorem probat ipsa horum inscriptio, & uno consensu agnoscunt, qui Confessionis Augustanæ historiam scripserunt, supra §. V. p. 21. (*v. Syllog. p. 1006. sqq. F. I. B.*) indicati, neque nostrates tantum, sed & diversarum partium scriptores in eo consentiunt, ut Conradus Wimpina, Io. Menling, D. Wolffg. Zedærfier & Rupertus Elgersma, in refutatione illorum articulorum, quæ extat Tom. V. Ien. f. 16. sq. Maimburgius in Hist. Luther. L. II. Sect. XX. p. 151.

Luthero facere solebat *b)*, summam doctrinæ, de qua in conventu Suobacensi consentiendum erat, XVII. articulis comprehensam, legatis ad hunc missis, una cum reliquis mandatis tradidit. *c)* Cum igitur formulam illam a Theologo quodam Saxonico religionis Evangelicæ apprimè gnaro, iussu Electoris, consignatam fuisse,

V v v 4

ne-

b) Consilium Lutheri iam supra laudatum extat apud Mullerum L. II. C. XVI. p. 230.

c) Patet hoc cum ex tota repurgatæ religionis historia, tum ex epistolis Ioannis Electoris in hac causa ad Lutherum scriptis. Nam non modo proxime ante profectionem ad comitia Augustana de certæ doctrinæ ibi tuendæ profitendæque forma eum consuluit, his inter alia verbis usus: „Dass dann von, „niemands bass gründlicher, noch beständi- „ger dan euch, erwogen und berathschlagt, „mag werden, als wir auch an euch hier- „mit gnädiglich begehren, „vid. episto- „lam Torgæ postridie Reminiscere 1530. datam in dissert. I. p. 27. (*conf. Syllg. p. 1014. sqq. F. I. B.*) Sed & postea cum Philippus Melanchthon ordinem & verba illius formulæ nonnihil immutasset, de eo ad Lutherum retulit, literis Augustæ d. 11. May datis. Vid. Chytræus Hist. Aug. Conf. pag. 26. sq.

necesse sit, quis credat, hunc, alii, quam
Luthero ipsi, id negotii dedisse? itaque
mirum non est, quod in actis Suobacensi-
bus nihil inveniri possit, quo, XVII arti-
culos sæpe dictos Suobaci confectos fuisse,
constet. d) (*Sic rescribo pro constat. F. I. B.*)

VI.

Quos igitur articulos Lutherus iam ante
Conventum Suobacensem, d. 14. Oct. a.
MDXXIX habitum, maturo deliberato-
que consilio scripserat, eos postea iterum
ac sæpius recognitos, inprimis vero intra
diem 14. & 20. Martii una cum ceteris
Theo-

d) Conqueritur de eo Mullerus P. II. C. XIX.
„P. 320. sq. „ja man kan aus denen Actis
„nicht einmahl gewiss asseriren, daß sie zu
„Schwabach aufgesetzt worden. „ lidem
scil. articuli Suobacenses & Torgenses vo-
cantur, non quasi alterutri, nedum utri-
que, loco primam suam debeant originem,
sed quod Suobaci, in Conventu Ordinum
Protestantium, ut fundamentum foederis il-
lorum, publice propositi & recitati, Torgæ
vero, Electori Saxonæ, ad Comitæ Augu-
stana cum aliis Principibus & Ordinibus
Protestantibus profecturo, ut compendium
doctrinæ, communi horum nomine publice,
in illis, profitendæ, oblatis sint.

Theologis, singulari Electoris mandato, diligentissime examinatos, Torgæ illi, ad comitia Augustana profecturo, obtulit. Ex quo satis perspicuum est, errare eos, qui vel ipsam Aug. Confessionem, vel saltem materiam & archetypon eius *e)* festinata & tumultuaria opera, intra paucos dies conceptum, & in chartam coniectum fuisse arbitrantur. *f)*

V v v 5

V. LI-

e) Vid. Cœlest. Hist. Comit. T. I. f. 25.

f) Multi quidem boni doctique viri XVII. hos articulos intra d. 14. & 20. Martii, quo temporis intervallo Io. Elector literis ad Theologos Vitembergenfes scriptis, imminens iter suum ad comitia Augustana significavit, & quæ ad religionis causam, in iis tuendam, pertinerent, præmeditari iussit, demum confectos esse, non malo animo scripserunt, quam opinionem præter Io. Schmidium, & alios supra citatos, ipse Seckend. L. II. §. 55. p. 151. secutus est, alii contra hac opinione arrepta, ad imminuendam Augustanæ confessionis auctoritatem, perverse abusi sunt. At satis, opinor, hactenus demonstratum est, fundamenta Augustanæ confessionis, quinque saltem ante epocham vulgo illi assignatam, mensibus, iacta fuisse.

V.

LIBELLVS SUPPLEX
SENATVS POPVLIVQE N.
AD

CASIMIRVM MARCHIO-
NEM BRANDENBVRGICVM,

*De suscepta emendatione sacrorum
clementissime tuenda.*

* * *

AD LECTOREM.

Non vane me in Fasc. III. p. 567. scripsisse,
epistolas illas, quæ ex Bibliotheca Clo-
steriana admodum benevole mecum
communicatæ sunt, rei civilis, ecclesiasticæ &
literariæ statum, qualis eo tempore fuit, quo
istæ exaratae sunt, egregie illustrare, patet
cum ex illis, quas in dicto Fasc. III. p. 531 ---
566. & IV. p. 787. sqq. qualibuscunque an-
notationibus meis instructas, publicum in u-
sum evulgavi; tum ex hoc ipso, quod nunc
edo, insigni documento, cui aliud non minoris
ponderis, in sectione huius Fasc. septima, ex
eodem fonte derivatum, superaddam. Illius,
quod